

ais, qui vel ipsi se eleuent corpusque suum et membra eius attollant, vel eleuari se et attolli ab aliis iubeant. Neminem igitur fore putamus, quin videat facile et iponte fateatur, nihil esse, quod ἐωριζόμενος permutteretur verbo composito μετεωριζόμενος, quod est in quibusdam libris, sed multo minus necessariam et idoneam iudicari debere illam Dresigiani ingenii coniecturam. Idem vero Dresigius peccauit haud dubie etiam eo, quod illo Capite *) , quo demonstratur ab Fabularum interprete origo nominis Ὀυρίων, edidit, auctoritatem Galei, vt videtur, sequutus, ἕτως ὀνόμασθεὶς διὰ τὸ ἐρῆσαι τὸ σπέρμα τὰς θεάς, quum in libris antiquis omnibus rectissime legatur διὰ τὸ ἐρῆσαι ὡσπερ τὰς θεάς. Etenim auctoritas tot bonorum librorum repudiari temere neque potest neque debet, praesertim quum in Homeri quoque scholiis minoribus **) verba sic scripta legantur: et auctor Fabulae vt ostenderet originem vocabuli Ουρίων, necessario dixit διὰ τὸ ἐρῆσαι quo verbo declararetur idem, quod verbo ἀποσπερμαίνειν, et apud Apollodorum ***) verbis τὸν γόνον ἀφίεναι. Sed quum hunc verbi significatum videret durum esse et asperum, vt limaret quasi aliquid de ista asperitate, vt molliret quodammodo istam durtiem, particulam ὡσπερ addidit, quam ipsa verborum structura reliqua postponi verbo ἐρῆσαι iussit: quod sane non magis nouum videri debet, quam θεὸς ὡς, ἔρνεθεὶς ὡς, ἀγείρος ὡς, et alia eius generis plura, in Homeri poëmatis. Quae quidem

E 4

ratio

*) C. 5, 4

**) ad Il. σ', 486

***) Bibl. 2 p. 145